UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De errore cum damno tertii, par. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

uterque, tunc enim eſſet obligatio, cum omnibus perpenſis, non eſſet grave incommodum confeſſarij admonere, quia verò rarò non adeſt ille rubor in retractando, poteſt rectè dici regulariter non obligari.

c *Filliucius loco cit*
d *De lugo n 74.*

§ III.

De Errore cum damno Tertij.

4 QVando erravit ſecundò modo nempe cum Tertij damno, diſtinguendum eſt: quando enim tacuiſti, hoc eſt nec illũ poſitivè obligaſti, nec de obligaſti poſitivè ſi quidem bona fide proceſſiſti, ad nihil te teneri putant graves Auctores *a* propter rationem modo dictam ſ præcedente: ſi autem mala, teneris admonere *b* pœnitentem de patrato errore, ne ſcilicet patiatur damnum innocens cauſa tua. Si tamen non admoneas, licet pec-

a *Filliuc. in inſtruc brevi c 4 §. dico 2. ſtrictius loquitur De-*

pecces, non teneris ad reſtitutionem: quia Confeſſor non tenetur ex juſtitia quærere bonum temporale aliorum, Quod ſi illum poſitivè obligaſti, vel deobligaſti; ſi mala fide id à te factum eſt, certè *c* obligaris vel monere cum effectu, quo ipſe reſtituat; vel ſi nolit: vel jam nunc non poſsit, cum potuiſſet ante tuam deobligationem, tu teneris reſtituere: fuiſti enim cauſa poſitiva damni unde obligaris ex juſtitia Si vero bona fide proceſſiſti; etiam obligaris *d* (ſic urgente damno Tertij) cum aliquo tuo incommodo; non tamen cum tanto, quanto ſi mala fide proceſsiſſes; quia nunc teneris ex caritate, non verò ex iuſtitia, ut dictum eſt. Aliqui *e* putant in hoc caſu adeſſe obligationem aliquo modo ex juſtitia; ſi quis enim ſine culpa incenderet domum alienam, ut primum id advertit, tenetur

lugo cit. de pæn. diſp 12 *ſect*.3. *n*. 65. b *De-lugo ib.*

c *Ibid.*

e *Delugo cit. ib. n*. 47.

d *Ibid*

netur (aiunt) ex iuſtitia; ſi poteſt non cum tanto incommodo extinguere; licet alius, qui non incendit, non ex juſtitiâ ſed ex ſola caritate teneatur. Ita in caſu noſtro, &c.

§. 4.

De Errore cum invaliditate Sacramenti.

5. QVando confeſſarius erravit primo modo, hoc eſt ita, ut Sacramentum Pœnitentiæ, quod adminiſtravit, invalidum fuerit: ſi fide mala proceſsit; debet *a* omnino, cum ſuo etiam gravi incommodo, pœnitentem admonere, ſic expoſcente damno ſcienter illato à confeſſario. Si verò bonâ fide; tunc ſolum debet *b* (ſemper ſupponimus quod poſsit illum convenire) admonere, etiam cum proprio aliquo dedecore, & in-

a *Filliuc. in Inſtit. brevi, c.* 4 § *Dico igitur primo, & De lugo dicta diſp.* 22. *de pœn. ſect.* 3. *n.* 58. b *De lugo ib.*

com-